



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

Qvæstio I. Vtrum teneantur pastores ministrare sacramentum Eucharistiæ
tempore pestis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

CAPVT QVARTVM.

DE NECESSITATE ET MODO
ministrandi sacramentum Euchari-
stia tempore pestis.

QVÆSTIO I.

*Vtrum teneantur pastores administrare sacra-
mentum Eucharistia tempore
pestis?*

Quæstionis explicatio.

Perique omnes docent, Pastores teneri ministrare duo sacramen- ta tempore pestis: Baptismum vi- delicet & Pœnitentiam, q[uod]a vtrūque necessarium est ad salutem, non solum necessitate præcepti, sed etiam necessitate medii: De Eucharistia vero non eodē modo omnes loquuntur: quidam enim dicunt necessariam tantum esse necessitate præcepti, quidam etiam necessitate medii. No- uissimæ vero reformationes Ducatus Haf- siae pastoribus ad obseruandum sub pœna exilii, anno p[re]xime præterito, p[ro]positæ, inter alios articulos hæreticos, blasphemos, erroneos, hunc quoq[ue] ad p[ro]positum præs[ens] T 3 habent

294 DE NECES. ET MOD. MINIST.
habent: Communio agrotis decumbentibus, et
periculoso, nominatio gravante peste, non de-
feratur. Merito itaque queritur, an pastores
teneantur hoc sacramentum illo tempore
ministrare?

Responso.

TEnentur regulariter; quia suo modo
est sacramentum necessitatis.

Primo. Nam in articulo mortis est in-

a. Richardus cepto iuris diuini secundum (*a*) plerosque
d. st. 12. ar. 6. Theologos: Parochus autem tenetur ex of-

q. 1. Durad. ficio cooperari suo subdito, ut ius diuinum

2. Gabr. q. 1. compleat, quantum in ipso est.

Soto dist. 12. Secundo. Quia secundum (*b*) plures est

q. 1. ar. 1. Su- medium quodammodo necessarium ad con-

arez disp. 69. seruandam gratiam, quae est in vita spiritu-

ces primò. alis animæ, & ad vincendas tentationes, q-

b. S. Tho. 3. p. illo tempore à Dæmonibus, calcaneo no-

q. 73. a. 3. Bel- stro insidiantibus, ingeruntur. Tenentur

lar. lib. 1. de autem pastores ratione officii subditis suis

Euch. c. 7. in succurrere, non solum in extrema, sed etiā

Zambræ. de in graui necessitate, ut ante diximus.

euch. dub. 1. Tertio. Quia fieri potest, ut pcepto hoc

qui alios plus sacramento multi saluentur, qui alias dana-

res citat. rentur. Nam secundum communem potest

c. Sotus in 4. conferre primâ gratiam, quam imperfecta

dist. 12. q. art. cōtritio non cōtulit, sicut Sot⁹ (*c*) explicat.

4. §. Respon- Quarto. Quia Episcopi passim compel-

detur ergo. lunt suos parochos ad ministrandā agrotis

Eucha-

Eucharistiam, tanque necessariū viaticum, quod non esset iustū, si ex vi officiū sui non tene-
rent: Et talis est usus non solū per diocesim
Leodiensem, sed etiam per totam Ecclesi-
am semper obseruatus.

Postremo. Magnū scandalū esset in po-
pulo, si sacerdos subditos permitteret mori-
sine viatico: signum ergo est, pastores ad il-
lius administrationem obligari.

Dixi (*regulariter*) quia cum viaticū nō ita
sit necessariū sicut baptism. & pænitētia, fa-
cilius potest in particulari occurrere excu-
satio in administratione huius sacramenti,
quod illorum duorū, ut infra suis locis dicetur,

Dices: Id statuendū est, pro regula in mo-
ralib. quod frequētius accidere solet: Sed fre-
quētius evenit, ut pastor excusat à ministrati-
one huius sacramēti, quod non, puta, quod ple-
rique sunt cōtriti, vel etiā paucis ante diebus
cōfessi & absoluti sacramētaliter: E. cōtra-
rio modo statuēda est responsio; videlicet,
excusari regulariter pastores à ministratio-
ne huius sac̄ti, quod quis quibusdam casibus ad
hoc ministrandum teneantur.

R. Negādo subsumptū, & ad eius pbatī-
ones dico 1. Contritionē admodū esse diffi-
cilē, ut diximus. 2. Posito, quod cōfessi & abso-
luti fuerunt, nihilominus, si (ut cōmunicer-
it) aliquantū tēporis à cōfessione supuiaat,

T 4 egen

296 DE NECES. ET MOD. MINIST.
egent gratia sacramenti Eucharistiae, ad p-
seuerandum in iustitia per pœnitētiam re-
cuperata, & ad superādas tentationes, que
illo tempore & per plurimæ & grauiſſimæ
superuenire solent. Adde, quod si propter
huiusmodi causas statueret pro regula non
debere pastores regulariter omnibus, sed
quibusdam tantum ministrare Eucharisti-
am, plerique desererent administrationem
huius sacramenti, quod esset consuetudi-
nem vniuersalis Ecclesiae querere, & ani-
mas graui salutis periculo exponere.

Q V Ä S T I O II.

An etiam cum periculo vite?

Quæstionis explicatio.

Cum pastor non teneatur vitam suam
corporalem exponere periculo, nisi
propter extremam vel valde grauem suam
vel proximi necessitatē spiritualem, secun-
dum communem: ex defectu autem sacra-
mēti Eucharistiae quis non constituatur in
extrema, & secundum quosdā non vñq; ad-
eo graui necessitatē spirituali: Horum oc-
casione quæritur, an pastores cum pericu-
lo vitae corporalis teneātur ministrare hoc
sacramentum, an vero excusentur?

Responſio.

Tenentur saltem cum periculo comu-
ni & ordinario talis eritudoinis, qd (vt
ſupe;